

CIII

tam celestia q̄s terrestria tam diuersis co-
 loribus ordinauit. Qui etiā te p̄ ceteris
 sua imagine decorauit. te omnibus rebus
 preposuit sicut patet Genesisi principio.
 Quō ergo benefactori tāto ingratus exi-
 stis. quē nō diligis vt teneris. vnde dicit
 Aug⁹ de spū et aīa. Miser ego quantū
 debere diligere deū meū qui me fecit cum
 non erā. et de nihilo fecit me. Non lapi-
 dem non arborē. nec aliq̄s de animalib⁹
 sed hominē voluit me esse. dedit mihi nō
 solū me esse. sed vivere sentire et intelli-
 gere. Et addit. cū tanta beneficia diligen-
 ter attendo. dolore pariter et rubore sum-
 dor. Verē dolere et erubescere debet. qui
 tanti benefactoris amore non seruet quia
 omnis talis mortuus est Job. iij. Qui non
 diligit manet in morte. vnde dicit Lantic. ii.
 Recti diligunt te. qui sunt recti nisi q̄ co-
 gnoscūt q̄s desecit hominē rectum. sicut i
 Ecclesiastico scriptū est. Et grates rese-
 runt propter beneficium. An et hanc re-
 ctitudinem mētis offendit rectitudo cor-
 pis. Sicut em̄ corpus semp̄ respicit eētēz
 sic anima amore recto semp̄ debet respi-
 cere deū. vnde Quid⁹ in primo metha-
 morphosios. Pronaq̄z cum spectent ani-
 malia cetera terrā. Quis hominis subline
 sedit celūq̄z videre iussit. et erectos ad si-
 dera tollere vultus. Sed si hō affectum
 suū a deo creatore suo declinet. et ad amo-
 rem huius mundi et temporalium rerum ani-
 mum conuertit. iumentis similis efficitur
 Quia sicut iumenta quattuor pedib⁹ eor-
 pus suū a terra leuant. sed ad terram sem-
 per caput inclinant. sic homo qui deū si-
 cut obligatur non diligit. dum quattuor
 affectōibus anime mentem suam a terra
 eleuare debeat. et ea que sursum sunt sa-
 pere. se ad terram amorēz inclinat. quē
 caput omnium affectionum esse cōstat. Re-
 cti vero dicunt qui deo per amorēz vni-
 untur. quia rectum recto facile cōiungit.
 sed curuum recto nunq̄z bene cōiungitur
¶ **R**ecō debemus diligere deū

qui nos conseruat et regit. Quis em̄ ad
 momentum in suo esse subsistere posset ni-
 si virtus prima ad eius conseruationem
 influeret. Constat em̄ q̄ omnis virt⁹ po-
 strema dependet a prima. et cessante in-
 fluere prima. nulla est posterioris perma-
 nentia. Quomodo enim fluere riuulus. si
 fons fuerit desiccatus. quomodo brachiū
 poterit manum mouere. vel manus digi-
 tum ducere. Si non fluxerit virtus a cor-
 de. Quomō generatio vel motus quicū-
 q̄z in inferioribus poterit esse. Si virtus
 motus proprii cessat influere. Quomodo
 poterit quicūq̄z intelligere vel sentire v^l
 vivere. Si deficiat ipsum esse. patet ergo
 q̄ necesse est ipsum effectum deficere. Si
 causa eius cesset influere. Si deus causa
 omnium prima non esset. perirent cause
 secunde. et quecumq̄z causata si desit pro-
 pre cause influentia. Et idō sicut nulla res
 eē potuisset nisi ipse creasset. ita nulla res
 perfecte staret. nisi ipse conditor conser-
 uaret. Unde dicitur Deutro. xxx. Elige
 vitam et tu viues et semen tuum. diligas
 dominū deū tuū. ipse enim est vita tua
 Constat hoc non formaliter esse dictum.
 quia deus nulli rei forma est. eo q̄ omne
 quod tale est imperfectum est. ergo hoc
 affirmatiue dictum est. eo q̄ ipse vitā no-
 stram conseruet. Unde propheta hoc a
 deo petebat. cum in psalmis deo dicebat.
 Conserua me domine quoniam speraui
 in te. **¶** Tercio debemus deū di-
 ligere qui nos ad esse gratie reparauit. hō
 em̄ perierat a suo factore et conseruatore
 recesserat et seipm̄ dyabo in seruū tradi-
 derat. Et ideo crimen lese maiestatis in-
 currebat. q̄z diuini habitaculi. pditor erat
 in seipō perierat. Venit autem filius dei
 patris et hominem iduit. Et ideo de⁹ p̄
 homine satisfecit pro cuius redemptione
 sanguinem suum fudit. Unde dicit i Apo-
 calipsi. Dilxit nos et lauit nos a pecca-
 tis sanguine suo. Quis dilectio mira. o amo-
 ris eminentia. Quis amicitia inexpla. seipm̄

Deus nos ḡuar
 regit